Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



monibus astruere. scilicet filius
patri esse consubstantialem et coeter-
num. spiritum vero sanctum cum patre
esse idem et unum. quia unus
est deus vivus et verus. pa-
ter et filius et spiritus sanctus.
Arriam vero huic verissime
assertioni obnixe reclaman-
tes unanimiter obsistunt
et heresiarche sui veneno
delibuti. sane doctrine
sermonibus nullatenus ac-
quiescunt.
Videns autem beatus
albanus virum dei
theonestum eorum argui-
is. et insultationibus vehe-
menter urgeri. et iam prope
esse ut illata sibi violentia
debeat vinculatus teneri.
ut erat verbo promptus
linguaque expeditus partes
magistri defendens se me-
dium interponit. et quid
in hac de qua agebatur
questione veritas habe-
at aperte et diligenter
exponit. ostendit gradus
et distinctiones seu mi-
norationes quas arrius in
sanctam trinitatem blasphe-
mo ore confinxerat peni-
tus nichil esse. sed patrem et
filium et spiritum sanctum. coes-
sentialem et coeternum.
immo unum deum ante
omnia. et per omnia secula sine
fine regnare.
Videntes autem here-
tice pravitatis a-
lumpni. se albani sermoni-
bus in plebis audientia
confundi. et in expugna-
bilium luce rationum pu-
blice confutari. in ultio-
nem sue confusionis. se-
ditionem concitant in po-
pulo. clamantes indig-
num facinus advenas
homines ignotos et ydio-
tas eorum fidem et reli-
gionem impugnare. opor-
tere disciplinam ne quis
de cetero talia presumat
eorum sanciri sanguine
fore dignum ut aut eorum